



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarivs Martini Lvtheri in Ionam Prophetam

Luther, Martin

Haganoæ, [15]26

VD16 B 3890

Quis scit si pœnitentiam aget Deus, & revertetur ab ira furoris sui & non
pereamus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35968

COM MENTARIVS

ut per hæc omnes uiles cibi, uestes, loci significentur, uelut Esaias de Babylone loquitur Humiliare Babylon humiliare, sede in cinere &c.

Quis scit si pœnitentiam agit Deus, & reuertetur ab ira furoris sui & non pereamus?

Hic perinde rex loquitur, ac si incertus sit annum Deus ei uelit esse clemens, & propitius, cum men fides requirat certitudinem, ita ut nihil dignitatem hæfitantes certo persuasum habeamus nos dicure esse, aut fides dici non meretur. Verum eniuero nihil dubitat, alioqui hæc non fecisset, quod illo facta esse Ionas memorat. Nam hominis animus qui in dubio est, Dei misericordiam & clementiam non implorat, sed neque eiusmodi pœnitentiae fructuera. Pœnitentia facit. Cæterum res ita se habet, cor quod neutiquam mutata ducitur pœnitentia, tanta trepidatione ad sus dubitationem conflictatur, nec dum uictoria nuit. Quare ad hunc modum loquitur, ac si incertum sit. Sed reuera nihil aliud sibi uolunt aut querunt hæc uerba, quam quod testentur animi trepidatis certamen aduersus dubitationem susceptandum debellatum esse, sed uersari etiamdum in latrone & necessitate. Iam si fides abesset omnino, tanta

IN IONAM

dulitate, pugnandi labore non sustineret. Iccirco
hæc uerba magis signa sunt præsentis fidei quam du-
bitationis, eiusmodi tamen fidei, quæ in metu est, &
pugnat, quæq; gratiam Dei ante oculos habeat præ-
fixam, ueluti dicit. Quis scit? si poenitentiam agat
Deus &c. Hoc est uideo adhuc superesse locum cle-
mentiae, nec tantum furoris iracundia sœuit.

SUPER VACANEVM, esse opinor, curio= An Deus du-
sam illam & nimis argutam questionem hic discutere, catur poenitentia
quomodo Deus animi sui decretum mutet, aut duca= tia.
tur poenitentia, quum sit immutabilis, qua explican= da multi nimium anxie se torserunt, inutili labore se= metipso cōfidentes. Huc potius dirigendi sunt oculi,
ut animaduertamus quam incredibili fide prædicti fue= rint Niniuitæ, nedum credentes quod Ionas de sub= uertenda urbe futurum prædixerat, uerum etiam diui= nam gratiam sibi polliceri audētes, tametsi nullā eius
obtinendæ promissionē ex Iona audiuerāt, sed mina= cissimas tantum minas, auribus hauserāt. Magna res
est, nec indigna multorū admiratione, adeo splendidā
urbē, adeo potētē regē tā subito metu cōsternari atq;
terreri ad unius uiri prædicationē, ut illico omni fastu
deposito, Deū metuētes in tantū se deiiciat atq; humili= liet, nec ante secū expēdat, cur ipsi præ omnibus alijs
per orbē urbibus peccatores dānetur. Quā uero per-

1 ij

COMMENTARIUS

timaciter Sodoma, & Gomorrha prædicationi Lgth,
reluctabantur? Quanto nisu repugnabat Moysi, &
Aaroni Pharaonis pertinax induratio? Quanta ani-
mi duritia & cæcitate aduersus Christum, & Apo-
stoli debacchata est semper Hierusalē? Quo furore Ro-
ma in omnes Christianos sæviebat? Præterea quam
ferociunt, quām furiunt etiamnum principes, & Ep-
scopi aduersus Euangelium. Est profecto uniuersus
mundus, si cum Ninuitis collatus fuerit, plenus po-
simis nebulonibus & Diabolis.

Alterum adhuc maius, & admiratione longe a-
gnius, quod in tanta trepidatione, & animi angustia
non desperarint, cum nullam habuerint promissio-
nem. Age quæso cui innituntur, quo minus omnem
& spem & animū abijcant? Nobis cum sint tot Pro-
phetæ & Apostoli, tanta scripturarum copia, tam-
tus probatissimorum librorum cumulus, tot concio-
natores, & uerba plena bonæ spei & consolationis,
tamen ne hic quidem Deo admodum fidimus, aut cri-
dimus. Ut non incommode nostræ Verbi diuini di-
tie, dici posset oceanus, quantum ad guttulam col-
lus, quam illi obtinuerant. Neq; uero plus habere pa-
tuerunt, præter unicū illud Verbum, Deum uideli-
cet coeli & terræ conditorem fuisse, illumiq; adeo uero
rum esse Deum, qui clemens sit & propitius. Atq;

840

INIONAM

eam diuini Verbi portiunculam, usq; adeo utilem &
frugiferam sibimetipsis reddiderunt ad salutem, in de-
cūs, & ignominiam Iudeorum iuxta ac Christiano-
rum, qui tanta uerbi affluentia, non nisi in nostram
pernitie imp̄issime abutimur. Quapropter Christus-Incredulitas
stus Matth. 12. Niniuitas Iudeis, atq; adeo nobis omni nostra-
bus, p̄eponere non dubitat, affirmans eos surrectu-
ros in iuditio, atq; hanc generationem condemnatu-
ros, qui ad Iona p̄ædicationem, nihil cunctantes re-
sipuerint, & ecce plusquam Ionas est hic. Et hoc qui
dem non iniuria, cum ne dimidiam quidem partem ue-
ræ pœnitentie, qua ducebantur Niniuitæ, impenda-
mus, tot minis & promissis à Deo lactati, & p̄æ-
moniti, cum Niniuitæ unicis minis perterriti, citraq;
ullam p̄omissionem recreati, sic copiosam, sic effica-
cem fidem p̄æstiterunt. Verum enim uero ita semper
agitur, ut ubi minime effusa est Verbi diuini copia,
ibi sitiatur & desyderetur maxime, ubi eiusdē est af-
fluentia, ibi ferè fastiditur atque contemnitur.

Et uidit Deus opera eorum, quo-
niā reuersi sunt a uiis suis malis &c.

Hic hic (clamabunt) commendantur opera. Quid
uero illorum uociferationibus & queritationi respon-
debimus? Hic uero iusticiarij parta uictoria adornant

I iij